

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Olim corrigiæ ex corio fuerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

174 De CALCEIS HEBRAOR.

V. Ut calcei & soleæ apud veteres plerumque ex corio conficiebantur, ita & corrigiæ, sive teretes habenæ, ex corio fiebant. Legimus quidem vinculis aureis nonnullos olim sua calceamenta pedibus aptasse, uti Athenæus de Parrhasio refert: *χευσθίς τε ἀναστάσις ἐπέσφιγξε τῶν βλαυτῶν τοῖς ἀναγωγέας, aureis habenis constringebat calceorum ansas*: De quibus etiam viri doctissimi illud Manili interpretantur:

Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.

Quod tamen de periscelidibus, sive catenulis aureis, quas ornatus gratia mulieres circum crura gestabant, sequenti capite ostendemus intelligendum esse. Sed plerumque, pariter uti soleæ, ex corio fuerunt veterum corrigiæ.

Isid. Orig. Hinc Isidorus à corio corrigias lib. 19. vult dictas: Corrigiæ, inquit, à cap. 34. corio vocantur. Unde & lora dicuntur. Juvenalis:

Vel nodus tantum & signum de paupero loco,

Athen.
lib. 12.

Manil.
lib. 5.

Isid. Orig.
lib. 19.
cap. 34.

Schol.
Juven.

ad

ad quēm lōcum Scholiaſtes lōrum exponit Parthicam corrigiam. Apud Hebræos veteres etiam corrigias calceamentorum ex corio fuisse non dubitandum videtur. Etenim, uti ipsorum soleæ ex corio conficiebantur, quod prolixè superius docuimus, ita & corrigiæ ſive habenæ teretes ex corio fuerunt.

Hinc Talmudici corrigiam vocant Talm.
 לְבָנָן הַכְנָדֵל corium calcei, & γυνώ, quod Schabbar
 lōrum notat ex corio confeſtum. fol. 6v. in
 Nata hinc est inter Hebræos lo- Misna. &
 quendi ratio παρθικαὶ δης, qua pro Mikvaoth
 re vili, & fere nihili, calceamenti cap. ult.
 corrigiam usurpant. Nam uti cal-
 cei, cum ex corio eſſent, fuerunt
 vilissimi, etiam corrigiæ non ma-
 gni pretii ſunt habitæ. Iam ab an-
 tiquissimis temporibus hic loquen-
 di modus uſitatus fuit. Regi Sodo-
 mæorum dicit Abrahamus, ſe ex
 omnibus quæ ipſius erant, non filum,
 vel corrigiam calceamenti accepturum. Gen. 14v.

Scilicet Abrahamus, cum indicare 23.
 vellet, ne vilissimum quid ſe ac-
 cepturum in præmium pugnæ,
 hoc eſt, nihil omnino, calcea-
 menti corrigiam appellavit, quaſi
 nihil vilius tenuiſque dici poſſet,

H 4 cal-